

Pietro Guerra e sua moglie
Falconia, abitanti di Brienza.

XL 43

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Pietro Guerra e sua moglie
Falconia, abitanti di Brienza.

XL 43

1185-05

In nomine domini et Salvatoris nostri Ihesu Christi. Anno ab incarnatione eius Millesimo Centesimo Octuagesimo quinto. Regnante domno nostro Willelmo Dei gratia glorioso rege Sicilie ducatus Apulie et principatus Capue anno octavo decimo feliciter amen. Mense madii tercię indiccione.

Ego Petrus Guerra una cum uxore mea Falconia residens ville Burgentie Salernitanis finibus. Coram iudice Alexandro et testibus inferis adsignatis hanc subdenotatam declaramus vendicionem que nobis bona spontaneaue nostra voluntatem et filiorum nostrorum complacuit venundare tibi Petro de Rosa quandam vineam partim hedificatam partimque dextram cum terra vacua que circa ipsam vineam videtur esse que videlicet vinea est in loco ubi vocatur Sancta Lucia et pro excambio huius vinee de qua vinum soliti sumus reddere in curia quantum per singulum annum debemus tradidimus atque coram predicto iudice concessimus annuatim reddere ac solvere vinum de alia meliori vinea nostra in curia sicut debemus que vinea est apud Macclam de Culillo fines una supradicte vendite vinee hee sunt primitus ab oriente finis limes et termini et vinea ecclesie Sancti Iacobi et vadit per angulum in faciem meridiei et descendit aperte per finem meridiei finis terra et vinea eiusdem ecclesie. Ab occidente finis sepis ... et via publica. A septentrione finis via antiqua in capite sete, deinde redit in priore fine et hec igitur vinea cum terra vacua qualiter previdetur et fines et ea que segnant per ipsius circuitum decernunt a fine in finibus taliter tibi predicto Petro comperatori eam venundare habendum et dominandum et possidendum et omnia exinde faciendum que tibi tuisque heredibus placuerit

absque nostra contrarietate et nostrorum heredum cum etiam introitu et exitu suo, cum arboribus pomiferis et inpomiferis et cum omni intro se habenti ac possidenti de qua non nobis nec heredibus nostris nec cuique homini aliquam reservavimus porcionem. Sed ut pre legitur tibi inclitam et fine diminutione vendidimus, et pro causa confirmationis huius venditionis seu adsignationis nos quidem prescripti venditores fatemur a te predicto emptore Petro recepissem bonos tarenos salernitani sedecim, pretio completo. Qua propter tibi Petro vadium dedimus et fideiussores posuimus Petrum de Raimo et Iohannem Sarracenum et per ipsam vadium et fideiussores positos nos ...sque obligamus heredes tibi tuisque heredibus ut hanc vendicionem contra omnis homines obsistamus ac undique defendamus et omni tempore quod si non potuerimus aut noluerimus tibi vel heredibus tuis defendere sine pro quolibet modo vel ingenio remove atque disrumpere quesierimus, tunc nos et nostri heredes componamus tibi tuisque heredibus decem aureos regales. Deinde tibi ut superius describitur defendamus et taceamus am... et omni furto tempore inviti.

Hoc autem venditoris privilegium omnibus furtis te...
... fit firmum ... per manus Roberti burgentini notarii taliter scribi rogavimus et his idoneis Mense et indicione prelati. # Signum manus iudicis Alexandri # Signum manus Mathei nepotis quondam Ferrandi iudicis # Signum manus Guilli domne Guide